

D I N A

INDICATA

Melodrama

IO: FRANCISCI CECCONI

Musicis adaptatum modulis

A GREGORIO COLA ROMANO

Concentus Moderatore

In Ecclesijs Sanctæ MARIÆ de Plantu
ac SS. Redemptoris &c.

Canendum

In Sacello Archiconfraternitatis

SANCTISSIMI

CRUCIFIXI

Feria IV. post Dominicam primam Quadragesima.



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCVIII.

Superiorum Facultate.



ARGOMENTO.

Sichem Figliuolo di Hemor Principe della Terra Sichemita, inuaghitosi di Dina Figliuola di Giacob, entrata nella Città per vedere le Donne di quella contrada, condusse à fine violente mente i suoi impuri desiderij. Simeon Fratello della medesima sdegnato per tale afronto, con inganno insieme con gli altri suoi Fratelli, tolse di vita tutti i maschi di Sichema, con Hemor, e Sichem, tutto in vendetta dell'ingiuria fatta à Dina sua Sorella; come più diffusamente ne discorre il Sacro Testò nel cap. 34. della Sagra Genesi.

INTELOCVTORES.

DINA FILIA IACOB, SOROR SIMEONIS.

SIMEON EIVS FRATER.


SICHEM PRINCEPS SICHEMITA.

HEMOR PRINCEPS HEVÆVS, ET PATER SICHEM.

PARS

PARS SUPERIOR.³

Simeon . & Dina .

Sime.  Vmme Rector Olympi
Cur vertis ad meos Lares
Prouidæ mentis tuæ benignas luces ?
Sunt in Populo electo

Gentes Iacob maiores :

Tamen dignatus es Patri dilecto

Dare Boves , Armenta , & dare honores .

Quisquis renuit laudare clementem

Nostri Numinis manum potentem ,

Ipsum perimat debita nex .

Dat immeritis æquissima dona ,

Et ingratis multiplicat bona :

O divina , & amabilis lex !

Quisquis &c.

Sed quid elapsa profunt ?

Multum boni in futurum excelsa manus

Patri Iacob promisit .

Quod fors nimis amica

Experta in Terra Sichem sat demonstrat .

Nobis pecuniæ crescunt ,

Armenta sobolescunt

Di. Quid Simeon frater mi

Per sylvestres hos calles auram capis ?

Sime. Carpit studiosa ut Apis

Mea mens morales fructus , & sacros libat

Succos æternitatis .

Heù quam grandia largitur

Munifica Dei manus !

Di. Ah nimium confors sum : sed quid præoptas ?

Sime. Vt mecum solvas gratum

A 2

Sal.

†
Di. Saltem laudis tributum.
Eccè vocem devoueo amato Deo;
Canam, hylarè canam cum fratre meo.

Sime.
Di. à 2. Celebremus.

Di. à 2. Laudemus.
Nos inflammet sacer amor,
Sime. Mundet vanum nostrum pectus,
Ut expellat meos affectus,
Nil supersit, nisi amemus.

Di. Celebremus.

Sime. à 2. Laudemus:
Di. Cælum versùs tendat clamor,
Quod terrenas, & rapaces
Res, ut umbras, & fugaces
Arbitramur, ut amemus.

Sime. Sed cur ad me venisti?

Di. Urbem Sichein audiui
Fæminas elegantes, & vago aspectu
Præter animi dotes iactitare.
Veni tantum, ut mecum
Pergeres illas videre.

Sime. Incentium amoris spargit hic sermo tuus.
Corda inflammantur mea
Ab hac noua Medea.

Di. Forsan per vagum vultum
Cor sædatur humanum?
Lucis amatae meæ claudam pupillas,
Si præbent cordi meo leves scintillas.
Non est tam celeris sagitta amoris
Ad vulnerandum
Humanum cor.

Sæpè

Sæpè pertæsus ablati honoris
Ad sauciandum
Retardat amor. Non &c.

Vadam igitur videre.

Sime. Vade, sed fratris tui monita serua.

Sic deludit imbelles
Fæminas nubes lucida;
Sic nostros Progenitores
Fictus serpentis vultus
Reddidit summo Deo peccatores.

Columba in nidulo

Sæpe desiderat

Soluta in aera

Pennas movere.

Sed per occursum

Sævi Draconis

Trepidans incipit

Corde pauere.

Columba &c.

Sich. Sic humillimè Genitor

Tvis assentior verbis.

He. Dic quid censes de Hebreo

Populo tam ditissimo? & quid de meo?

Sich. Arbitror multum gratum, & acceptum

Apud supremum Deum:

Video enim Hebreum.

Nostra ætate exaltatum;

Solumque Heueum miserum, infelicem,

Non adiutum à Cælo, & non amatum.

Habet Gens ista honores,

Pingves, & facultates;

Sed quod prætiosius est, habet pulchriores

Fæminas vago aspectu.

He. Sed cur væsano affectu

Curas Imperij mei graves confundis?

A 3

Desi.

Defiste perturbare
Curas cum falso amore
Proles amata.
Ignorat gubernare
Cupidinis furore
Mens agitata. **Defiste &c.**

Sich. Æstivans cor flamma amoris
Ferventes voces istas foras emisit.
Tantum potuit aspectus
Simplex feminæ Hebrææ?
Velut scintillulam
Solet de lapide
Vulnere leui
Ferrum Educere.
Lux sagittifera
Sic ad cor rapitur,
Ut possit Vulnere
Mortem inducere. **Velut &c.**

He. Sileas improbe fili,
Pueri pharetrati curas relinque

Sich. Taceam, sed lingua loquitur;
Imò infans furore
Palpito corde, & exardesco amore.

He. In quod præcepta tua mens modò dilabitur?
Num ignoras ò Siche,
Quid suscipias amandum?

Sich. Amo, quod est in pubere laudandum.

He. Erras, quia nondum noscis
Quid sit amare; Cæcus
Amor proinde fingitur.
Vertit enim amantem in amentem;
Non timet Deum sævientem,
Nequè sydera ultricia.

Cor uæsanum contemnit flagella
Et Tonantis non curat furorem;
Vndè licet immineat procella
Tot malorum, non linquit amorem. **Cor &c.**

Sich. Diligo, licet stellæ
Inflvant iram, furorem:
Quia si mortem experiar, experiar amorem.

He. Vade regios ad Lares
Non particeps consilij, & expers mentis.
Eccè mos insanientis
Consulit stulto amori,
Nec propriæ mentis consulit errori.
Vade vade sed præcepta ad pænas,
Ad duras catenas,
Quales præbet Cupidinis fax.
Vulnus ipsum est tibi insanabile,
Licet modò sit dulce, & amabile.
Quia scelestis non dabitur pax. **Vade &c.**

Di. Quam sunt hæc Mænia insignia?
Quid superbi conseruant
Homines Siche mitæ, & quid leporis.
Splendet famineo in uultu, effræni amoris
Primogenitæ existunt.

O quam formosa
Vaga labella
Induta purpura
Delectant me.
Serena lumina
O quam sunt bella,
Micantia ut sydera
Ostentant se. **O quam &c.**

Perversa nimium natura
Cur in me tam ingrata?
In me nil posuisti venustatis,

5
Nihilquè pulchritudinis . . .
Sich. Quereris quàm de causa
Formosissima Dina?
Dina. Queror sortem malignam,
In me solam tenacem & indignam.
Feminis tibi subditis:
Pulchritudinis aurum
Concessit fors, ut abditum thesaurum.
Sich. Erras Dina, si accusas
Sortem ergà te nimis avaram.
Diligeris, quia charam
Gratiæ te pepererunt,
Nullam similem tibi
Virginem Astra in terra conspexerunt.
Dina. Nihili habetur Amor,
Dum formositas mea, dum pulchritudo
Nullis feminis est similitudo.
Sich. Nimis tua mollia labra
Roseus depingit nitor.
Dina. Labrum, quod mox pallescit.
Sich. Lucet bellæ
Facies amoris
Vestro amæno, & charo nitore
Bellum atrox in corde movetis.
Vestro candore
Nitens facies, & rosea labella
Vivam flammam in amante fovetis. **Luces &c.**
Sed cur ad istas laudes
Rubescit os, & incenduntur luces?
Dina. Quia nihil est amabile,
Nil in corde, & in ore laudabile.
Parce quæso infano furori
Stultissimo amoris,
Quia nil dignum reponis in me.

Can.


9
Candor iste, quo facies florescit
Quam primum decrescit,
Et pro amante non postulat te. **Parce &c.**
Sich. Hæc inculta elegantia, & pudibunda
Facit te nimis pulchram.
Me miserum iam ad te feror!
Serpit cæcus ignis per venas,
Et svaues ad pænas
Vocat me vultus tui
Venustas nunquam uisa, & pulchritudo.
Heu iam vultu emacror!
Flammeus in corde amor
Ardet accensis ignibus.
Dina. Sichem quis te furentem.
Et animum, & cor, & tuam mentem
Reddidit chare Sichem?
Sich. Vultus venustas tui.
Dina. Desinas quæso illudere.
Sich. Heu cor plus inflammatur,
Quò spes lætitiæ meæ debilitatur.
Languentem ne despicias,
Veni ad sanandum cor, ad dandam pacem.
Dina. Respuo, sperno, conculco amoris facem.
Puritatis meæ lilium
Charum filium
Exiccatum non videbis.
Meum labellum, par Rosarum
Formosarum
Deturpare non audebis. **Puritatis &c.**

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PARS

10
PARS ALTERA.

Dina, & Simeon.

Dina.  Eū miserrimæ Dinæ.
Quis amissum plorabit meum honorem?
Nimis tradar ruinæ,
Si iungam turpi amanti ipsum amorem.

Cælum videns hæc, nondum tonas?
Fulgura ubi sunt, ubi furores.
Dexteræ tuæ vindicis?
Heū pietas contempta!
Vides Virginis mæstæ aridum florem,
Nec aduch fulmen vibras in raptorem?
Cælum, sydera amorem conuertite
In rigorem, & rapidum fulmen,
Ut puniatis, qui læsit et me.
Et fulminibus validis reddite
Meo honori iam perditum lumen,
Nè in peiora præcipitet se. Cælum &c.

Sime. Dina amabilis Soror?

Dina. Simeon amate Frater?

Sime. Quid noui, & quid recentis

Parat hic pudor sedens in vultu tuo?

Dina. Heū rubor, & clamor in ore crescit;

Silè quæso mi frater, nimis redulceras.

Sime. Quæ lugubria sunt hæc, & quæ funesta?

Verba effunde clariora.

Dina. Dicam, misera, dicam

Notam decoris mei, & pudicitæ.

Iam triste enarro nomen.

Sichem Heū nil profuit contentio,

Nil mentis repugnantia!

Si.

Sichem nimis obscænus
Sime. Satis audiui, ferro vlciscar honorem,
Sic explebo vindicta meum furorem.
Crimen hoc non est tolerandum,
Quia Sororis obumbrat honorem.
Scelus scelere est vindicandum,
Nè dicatur diligere errorem. Crimen &c.
Vade interea ad recessus,
Secretò occultans fraudem, & erratum,
Sic videbis tuum crimen vindicatum.

Dina. Dina infelix quid loquar?

Ecce Fratris vlticem dextram armaui

In Sichemitas omnes.

Leges honoris mei tantum fædaui

Cum amato meo Sichem.

Tamen periment omnes. Heū nimis maiorem

Intueor culpam meam, & meum errorem.

Posco fulmina, & manum vlticem,

Ut tormentis exagitent reum,

Sed vt mundus me laudet vlticem

Opto iussum reprimere meum.

Sic sollicita mater in Natum

Per exigua ipsum minatur;

Sed amore, quæ amat, vibratum

Ipsam fulmen frænare conatur. Posco &c

He. Quid ploras chare fili?

Sich. Quæso finas me flere, dum fletus mei

Origo, & causa es.

He. Posce fili, quæ exoptas,

Eccè cor Patris tui, eccè regales

Diuitiæ tuæ sunt, tuumque est sertum,

Quo regia frons gloriatur.

Sich. Istis cor non lætatur,

Quia tendit ad maiora; Hoc enim posco,

Ut

Vt Hymenæo coniungas
Dinam mihi puellam: Hæc est pars cordis mei.

Hem. Filiam Iacob Hebrei
Sponsam amas, nec vides
Quantum discrepet cultu, & quantum distet
A Numinibus nostris?

Sich. Nil obstat, quia amoris
Nimis accensus flamma,
Iam me Dinæ coniunxi.

Hem. Heu quæ narras insanè?

Sich. Ità est vltro ne quæras, hoc posco, hoc volo.
Nam si crimen in me genuit potestas,
Tollat dedecus meum Regia Maiestas.

Hem. Non est Pater, qui filium non amat,
Et cui denegat munus electum.
Vndè sæpè non debita donat,
Nè dicatur odisse dilectum. Non &c.
Sed quo hæc omnia fient?

Sich. Nouum in amante est votum;
Præbet amor ingenium.
Non vides quam facillimè
Possit Hebraea gens nostræ coniungi,
Vt vnus fiat populus?

Hem. Magna quidem exposcis.
Nostro quid Ioue maius habetur,
Et quid regali folio?

Sich. Heu quam sunt maiora,
Quæ video in filia Iacob!
Filia amoris,
Et decoris
Quarè separor à te?
Eccè Patris,
Eccè Matris
Iam voluntas est in me.

Filia &c.
Vti

Hem. Vtinam quod amas, abesset.
Sich. Licet corpore absens, corde non esset.
Sed cur perturbas mentem?
Iam dolor tollit vires, iam dolores
Crescunt tam longa mora.

Hem. Vltro amplius ne quæras,
Vade regios ad Lares, quia breui explebo
Cum Iacob proprijs filiis.
Quis scit sortem benignam?
Sæpè prosperum fatum
Facit dulce fuisse ipsum erratum.

Quando fors aspectu ridet
Ne despicias hunc honorem.
Sæpè prospera ipsi arridet,
Et miserrimo, infelici
Exoptatum dat Splendorem. Quando &c.

Sime. Hemor inclyte Princeps
Quibus curis turbaris?

Hem. Ita filialis amor, & sic meus honor
Poscunt; sed ne vltra scrutaris.
In te viuit mea pax, in te mea quies,
In te lætitiæ meæ sperata dies.

Sime. Quomodo effare apertè.

Hem. Heu iam denegabis
Quam vellem, ne amares.

Sime. Domus Iacob optabis
Diuitias, facultates, & honores?

Hem. Res ardentè exopto præciosiores!

Sime. Me ipsum, & vitam meam?

Hem. Posco partem tuæ vitæ, & cordis tui;
Dinam, Dinam exposco
In sponsam Sichem dilecti.
Hanc trade, & tibi tradam
Partem, ne summam dicam Impery electi.

Lara

Sime. Latere amate Princeps,
 Iam redijt optata lux, & verus plausus.
 Nihili duco, quod poscis.
 Eccè tempus ultionis optatæ,
 Hoc amplector, quia tradidit fors.
 Quia recordor sororis amatæ
 Sichem perimet iustissima mors. *Eccè &c.*
 Sed quia Sororis nuptijs
 Optas nostra coniungere, exoptat Deus
 Similes quoquè ritus, & sacros mores.
Hem. Eccè bona, eccè vita, & eccè honores
 Sichem, Hemor, & Ciuium.
 Posce quæso maiora;
 Hæc enim pro tua Dina erunt minora:
Sime. Igitur dabis omnia?
Hem. Quin mea extendam dona.
Sime. Sumes ergò in Sorore omnia bona.
Hem. Plausus edite
 Subditi mei.
 Lætas Cælum dirigite voces,
 Cantus dicite
Hem. Flamma amoris iam magè clarescit,
Sime. Et in igne furoris ardescit.
Hem. Rorem Charites
 Vestrum effundite.
 Mihi plausum donate perennem
 Vaga sydera.
Hem. Sorte grata iam Cælum stupescit,
Sime. Ad impuram actionem horrescit.
Dina. Heù miserrima Dina!
 Quem amabis, si amatum
 Audis occidisse fidum germanum?
 Quid dicet Iacob Pater, & quid parentes?
 Eccè finis erroris:
 Vaga lux maculatur mei honoris. *Nc-*

Nemo dicat, quod Amor Oblectat,
 Dum est Pater sic magni doloris.
 Serò agnosco, quod falsò delectat,
 Quia ministrat materiem angoris. *Nemo &c.*
Sime. Cara Soror lætare,
 Eccè in sanguine Sichem, omniumque Ciuium
 Dedecus vindicatum.
 Optas aliud à fratre?
Dina. Mortem Sororis tuæ.
 Heù cur vitæ meæ non cadunt vincula?
 Nimium mori desidero.
Sime. Quæ funesta pronuncias?
 In dolore fateris
 Ipsum dedecus tuum, quod iam vereris,
Dina. Gaudeo vindice honore.
 Sed quid Genitor Iacob,
 Quid Proceres mei Regni, & quid parentes
 Dicent de effuso sanguine?
Sime. Celebrabunt ultorem,
 Quod venustatis, & decoris iura
 Reddit ferro suo candida, & pura.
 Æmulatus in cruore
 Iram Cæli vindicantis.
 Sparsus cruor me defendit
 Ab hoc crimine.
 Et à sceleris errore
 Solut me Pignus amantis. *Æmulatus &c.*
 Sed cur perturbas mentem?
 Tace, file, ne incuses innocentem.
Dina. Taceam, sed linguâ tantum;
 In corde tegam vulnus, vulnus lethale.
 Heù nimis crescunt tormenta,
 Nimis pullulant spinæ in corde meo;
 Nil, nisi mortem feram de hoc tropæo.

, Sed quid conqueror frustra?
 , Discam potius à me tam criminosa
 , Esse minus curiosa.

Meæ fiducia iterum languet
 Blandus flos, qui iam ridebat:
 Sparsus cruor inflammavit
 Pectus meum.
 Et ab ense, quod necavit
 Haufit vulnus, quo carebat.

Meæ &c.

F I N I S .

